



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XX. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Edmundus Rex Angliæ specialis Mariæ amator, coram cujus icone continuus orabat. In templo captus, in odium fidei decolatus. Caput ejus in deserto absconditum editâ voce se prodidit, & residuo corpori appositum eidem accrevit. *Mayr.* Aptè post nomen etiam mores alterius Edmundi induit.

S. Edmunde ora pro me Deiparam, ut illa me illuminet, quatenus increatam bonitatem sincerè agnoscam, amem infinitam ejus pulchritudinem, & propter eam universum mundum & omnia ejus regna infra cœleste habeam, usque dum lætus ex hoc mundo ad cœlum abeam. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, in infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: quidquid pro ejus honore agendum occurret, agam exactissimè.

O Maria, Ô Sacra nostra dic obsecro, quòd sis soror nostra, ut propter te benè nobis sit à Deo, & ob gratiam tui vivant animæ nostræ in Deo. *S. Bonav. c. 6. spec.*

Quæstio: Regum an subditorum in Deiparam pietas eam Regno magis devinciat?